

Sextus

difficultatem afferet auctorum diuersitas. Aptissime tamē spectabitur ad longitudinem latitudine ad dita. est ergo ad hoc præscriptum europæ magnitudo. lxxxi. xlvii. mil. pas. Africa ut media ex oī uari- etate prodentium summatur cōputatio. Efficit lōgitudō. xxxvii. xlviii. mil. Latitudo qua colitur nusq̄ .cccl. mil. pas. excedit. Sed quoniā a cyrenaica eius parte. d. cccx. mil. pas. eā fecit Agrippa. Deserta eius ad garamantas usq̄ qua noscebatur cōplectens uniuersam mensuram quæ uenit in cōputationem. xlv. viii. mil. pas. efficit asiæ longitudo in cōfessio est. lxiii. mil. d. cccl. mil. pas. Latitudo sane compute- tur ab æthiopico mari alexandriam iuxta nilum sitam: ut per meroen & syenen mensura currat. xviii. lxxv. mil. pas. apparet ergo europam paulominus dimidia asiæ parte maiorem esse q̄ asiā. Eandem altero tanto & sexta parte africæ ampliorem q̄ africam. Quod si misceantur omnes summæ liquido pa- rebit europam totius terræ tertiam esse partem & octauā paulo amplius. Asiā uero quartam & quartā- decimam africam autem quītam & in super sexagesimam. His addemus etiā unam græcæ inuētio- nis sententiā uel exquisitissimæ subtilitatis ut nihil delit in spectando terræ situ: idicatisq̄ regionibus noscatur: & quæ cuiq̄ earum societas sit siue cognitio dierum ac noctium. quibusq̄ iter se pates umbre & æqua mundi conuexitas. Ergo reddetur hoc etiā: terraq̄ uniuersa in membra cæli digeretur. plura sunt autem hæc segmenta mundi: quæ nostri circulos appellauerunt: græci paralellos.

Digestio terrarum in paralellos & umbras pates. Capi. xxxiiii.

P Rincipium habet indiæ pars uersa ad austrū. patet usq̄ arabia & rubri maris accolæ. con- tinentur gedrosi: persæ: carmani: elimæi: parthienæ: aria: susiane: mesopotamia seleucia co- gnominata. Babylonia arabia ad petras usq̄. Syria cele: pelusiū ægypti. Inferiorq̄ ora q̄ uo- catur alexandriæ asiæ maritima. Cyrenaica oppida oia. Tapsus: hadrumētū: clupea: car- thago. Utica utraq̄ hippo. Numida mauritania utraq̄: atlanticū mare: columnæ Herculis. In hoc cæli circōplexu æquinoctii die media umbilicus quæ cognomē uocant: septem pedes longus: umbram nō amplius quattuor pedes lōgam reddit. Noctis uero dieiq̄ longissima spatia horas. xiiii. æquinoctiles ha- bēt breuissima e cōtrario decem. Sequēs circulus incipit ab india uergente. ad occasum: uadit per me- dios parthos: per sepolin: citima per lidis arabiam: ceteriorem iudeam: iibani montis accollas. Ample- ctitur babylonem. ydumæā: samariā: hierosolymā: ascalonē: ioppā: cæsaream: phenicē: ptolemaidē. si- donē: tyrū: beritū: borin: tripolin: byblū: antiochiā: laodiceā: teleuciam: ciliciæ maritima: cyprū: austri- nam: cretam: lilybeū in sicilia: septentrionalia africæ & nuidiæ. Umbilicus æquinoctio. xxxv. pedū um- bram. xxiiii. pedes longam facit. Dies autem noxq̄ maxima quattuordecim horarū æquinoctialū ē ac- dente iis quinta parte unius horæ. Tertius cūculus ab indis imauo. pximis oritur. Tendit p caspias por- tas mediæ pximas cataoniā: cappadociā: taurū: amanū: issum cilicias portas: solos: tharfum cyprum: pi- sidiam: pamphyliā: syden: lycaniam: lyciam: patharam. xanthū: caunū: rhodū: coum: halycarnasum: gnidum: doriadum: delum: cycladas: medias: cithiū: malean: argos: laconiam: elin: olympiam: messeni- am: pelopoōnesi syracusas: catinā siciliam mediam: sardinæ: auitrina: carteiā: gades. Gnomonis cētum unciaū umbraū. lxxvii. unciarum faciūt. Longissimus dies est æquinoctialiū horarū. xiiii. atq̄ dimidiæ cum. xxx. parte unius horæ. Quarto subiacent circulo quæ sunt ab altero latere imau. Capadociæ au- strina galatia: mysia: sardis: smyrna: sipyllus: tmolus mons: lydia: caria: ionia: tralis: colophon: ephesus: miletos: famos: chios: icarium mare: cyclades septentrionales: athenæ: megara: corinthus sicyon: acha- ia: patare: isthmus: epiros: septentrionalia sicilæ: narbonēsis galliæ exortiuæ: hispaniæ maritima a cartha- gine noua & inde ad occasum. Gnomoni. xxi. pedum respondent umbrae. xvii. pedum. Longissimus dies habet æquinoctiales horas quattuordecim & duas tertias unius horæ. Quinto continētur segmē- to ab introitu caspii maris bactria: hyberia: armenia: mysia: phrygia: hellepōtus: troas: tenedus: abidos: scepsis: ilium: ida mons: cizicum: lapsasum: sinope: amifum: heraclea in pōto: paphlagonia: lemnus: im- brus: thasus: casandria: thessalia: maedonia: larisa: amphipolis tessalio: pella: edesus: beroea: phar- salia: canistum: euboia: boeotum: chalcis delphi: acarnania: ætholia: appolonia: brūdusium: tarentum: thurii: locri: tegium: lucani: neapolis: puteoli: tuschum: mare: corsica: baleares: hispania media. Gnomo- ni septem pedes umbris sex. Magnitudo diei summa horarum æquinoctialium quidecim. Sexta com- prehensio qua continetur urbis roma amplectitur caspias gentes: caucasum: septentrionalia armenia: apolloniam supra rhyndacum: nicomediam: niceam chalcedonem: bizantium: lysimachiā: cherōne- sum: melanē sinum: abderā: samothraciam: maroneā: oenum: bessicam: thraciam: mædicā: pæoniam: il- lyrios: dyrrachiū: causium: apuliæ extima: campaniam: & ethruam: pifas: lunam: luccam: genuam: li- guriam. entipolin: massiliam: narbonem: tarraconē: hispaniam tarraconensem mediā: & ide per lusita- niam. Gnomoni pedes nouē umbrae octo. Longissima diei spatia horarū æquinoctialiū. xv. addita no- na parte unius horæ: aut ut Nigidio placuit quinta. Septima diuisio ab altera caspii maris hora incipit. Caditq̄ supra callatin: bosphorum: borysthenen: stomos: thaciæ auersa: triballos: yllirici reliqua: adri- aticum mare: aquileiam: altinum: uenetiam: uincentiam patauium ueronam: cremonam rauenā anco